BULLA BENEDICTI XIV.

agit de Concurſu, & examine habendo pro Parochialium Eccleſiarum Collatione in terris Indiarum. Data Romæ anno 1742. die 14. Decembris.

VENERABILIBUS FRATRIBUS PATRIARCHIS, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

VENERABILES FRATRES, SALUTEM, & Apoſtolicam benedictionem.

NUM. X. CUM illud ſemper plurimum formidaverit Eccleſia Catholica, ne indignis quibuſque; & extra Sacerdotale meritum conſtitutis, Cura Animarum, & Dominici Gregis cuſtodia crederetur; quia totius Familiæ ſtatus, & ordo nutat, ſi quod requiritur in corpore, non invenitur in capite: Hinc Canonicis ſanctionibus, ac præſertim Sanctæ Tridentinæ Synodi Decretis providè conſultum eſt, regimen Eccleſiarum Parochialium iis eſſe committendum, quorum omnis ætas à puerilibus exordiis ad perfectiores annos per diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſtipendia ita cucurriſſet, ut de illorum ſupra alios provectione, ac potiori doctrinæ, morum, ac diuturni laboris ſuffragio, nefas eſſet dubitare. Quia verò pernicioſa apud plurimos opinio ſenſim invaluit, Tridentini Decretis non præſcriptam eſſe dignioris electionem; ſed caveri tantummodo, ne indignis Eccleſiæ Parochiales, aliaque Beneficia, quibus Cura imminet Animarum, conferrentur; ſanæ memoriæ Innocentius XI. Prædeceſſor noſter erroneam doctrinam à vera, & ſincera Patrum mente longius deflectentem damnavit, & edocuit, quam prudens, ac

di-

BULA DE BENEDICTO XIV.

la qual trata acerca del orden, que ſe ha de guardar en el Concurſo, y examen para la Colacion de las Igleſias Parroquiales, que eſtàn en las Indias. Su data en Roma año de 1742. à 14. de Diciembre.

A LOS VENERABLES HERMANOS PATRIARCAS, Primados, Arzobiſpos, y Obiſpos.

BENEDICTO PAPA XIV.

VENERABLES HERMANOS, SALUD, y bendicion Apoſtolica.

HAviendo ſiempre temido la Igleſia Catholica, que la Cura de Almas, y guarda de la Grey del Señor, ſe confiaſſe à perſonas indignas, y ſin el merito Sacerdotal, porque el eſtado, y orden de toda la Familia ſe altera, ſi no ſe halla en la Cabeza lo que ſe requiere en el Cuerpo: Por tanto, ſe proveyò cuidadoſamente en las Canonicas determinaciones, y con particularidad en los Decretos del Santo Concilio de Trento, que el règimen, y gobierno de las Igleſias Parroquiales ſe havia de encargar à aquellos, cuya edad huvieſſe paſſado de tal modo en la enſeñanza Ecleſiaſtica deſde los pueriles principios à los años mas perfectos, que en la preferencia de eſtos à otros no quedaſſe duda de ſu mejor doctrina, coſtumbres, y continuo trabajo. Pero porque poco à poco ſe fue introduciendo la dañada opinion de muchos, que afirmaban, que en los Decretos del Tridentino no ſe preſcribia la elccción del mas digno, ſino ſolo ſe prevenia, que no ſe dieſſe à los indignos las Igleſias Parroquiales, ni otros Beneficios, que tienen la Cura de Almas; nueſtro Predeceſſor, de ſanta memoria, Inocencio XI. condenò eſta erronea doctrina, tan diſtante de la verdadera, y ſencilla mente de los Padres, y enſeñò quán pruden- Num. X.

te,

diligens eſſe debeat Paſtoralis Officij diſpenſatio.

NUM. X.

Ad tramites idcircò ejuſdem Sanctæ Synodi uſu receptum eſt, occurrente Parochialis Eccleſiæ vacatione, quæ liberè ab Ordinario conferenda ſit, Concurſum inſtitui, ut, habita in eo de cujuslibet ætate, moribus, doctrina, & ſufficientia, ſolerti inquiſitione, Epiſcopus eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit.

At quia contingere quandoque poteſt, quod favore, vel gratia, vel minùs æquo judicio, minùs digni dignioribus præponantur; ſanæ memoriæ Pius V. noſter Prædeceſſor, ne quid in hujuſmodi electione eſſet inordinatum, atque præpoſterum, edita ſaluberrima Conſtitutione, licere voluit injuſtè in Concurſu rejectis, interpoſita ad Metropolitanum, vel Epiſcopum viciniorem, vel Sedem quandoque Apoſtolicam appellatione, præelectum ad novum examen provocare, & Eccleſiam alteri non ritè collatam, novo facto meritorum periculo, ſi ita jus eſſet, vindicare. Et ne frivolæ appellationis diffugio locus eſſet, providè ibidem cautum eſt, dictæ appellationi in devolutivo tantum deferri oportere, non ſuſpenſa, aut quoquomodo retardata præelecto ab Ordinario Parochialis Eccleſię poſſeſsione.

Conſultiſsimæ hujuſmodi leges eum in finem inſtitutæ, ne in tanti momenti re imperiti magiſtris, novi antiquis, rudes præferantur emeritis, violatæ ſunt hominum fraude, & malitia, ipſa medela vulnus exaſperantium. Sæpiſsimè enim rejecti ab Ordinario, dictæ Conſtitutionis obtentu, in vocem appellationis facilè prorrumpere, & minùs legitima concurrente cauſa, electos ab Epiſcopo ad novum examen provocare conſueverant; illoſque præterea, relicta Gregis, & Eccleſiæ cuſtodia, longum iter arripere, & diuturni laboris, temporis, & pecuniæ impenſa exhauſtos, litem in ſecunda, tertia, & ulteriori quandoque inſtantia ſuſtinere cogebant.

Quin etiam experientia compertum eſt, magno juſtitię detrimento litem ipſam abſolvi. Quandoquidem ij, qui examini ſe

te, y diligente deba ſer la diſpenſacion, ò entrega del Paſtoral Oficio.

Num. X.

Eſtà recibido en uſo, con arreglo al miſmo Santo Concilio, que ſiempre que haya vacante de alguna Igleſia Parroquial, y toque al Ordinario el conferirla, libremente ſe haga Concurſo, para que conſiderando en èl con exactiſsimo cuidado la edad, coſtumbres, ſuficiencia, y doctrina de cada uno, elija el Obiſpo al que juzgare mas idoneo.

Y por quanto puede ſuceder en algun tiempo, que los menos dignos ſe prefieran à los mas dignos por favor, gracia, ò menos arreglado dictamen; nueſtro Predeceſſor Pio V. para que en ſemejante eleccion no huvieſſe coſa deſordenada, haviendo promulgado una ſaludable Conſtitucion, quiſo, que interpueſta apelacion al Metropolitano, ò al Obiſpo mas cercano, ò alguna vez à la Silla Apoſtolica, fueſſe licito à los injuſtamente poſpueſtos en el Concurſo, provocar à nuevo examen al preelecto, y vindicar, ſi juſto fueſſe, la Igleſia no bien conferida à otro, hecho nuevo examen de meritos; y para que no ſe dieſſe lugar à una apelacion frivola, ſe precabiò con madurèz en la miſma Conſtitucion, que ſolo ſe admitieſſe en el efecto devolutivo, ſin ſuſpender, ni retardar de ningun modo la poſſeſsion de dicha Igleſia Parroquial al electo por el Ordinario.

Eſtas muy deliberadas leyes, inſtituìdas con el fin de que en una coſa de tan grande entidad no ſe prefirieſſen los ignorantes à los Maeſtros, los nuevos à los antiguos, y los rudos à los benemeritos; ſe quebrantaron con la malicia, y engaño de los hombres, que han irritado la llaga con la miſma medicina. Porque muchas veces los poſpueſtos por el Ordinario, con el pretexto de la dicha Conſtitucion, facilmente acoſtumbraban apelar, y ſin que huvieſſe legitima cauſa, hacian que nuevamente ſe examinaſſen los electos por el Obiſpo, obligandolos à que dexaſſen la guarda de ſu Grey, y Igleſia, tomando un largo camino, y à que ſiguieſſen el Pleyto en ſegunda, tercera, y algunas veces quarta inſtancia, à coſta de un continuo trabajo, gaſto de tiempo, y dinero.

Acreditandonos tambien la experiencia, que algunas veces ſe determinaba el Pleyto contra juſticia; y aquellos, que ſe havian ſuje-

 ta-

ſe ſubjecerant, atque in primævo Concurſu, utpotè legitimarum inſtitutionum neſcij, rejecti fuerant, longa poſtmodum decurrente lite, ſedulam litteris ex induſtria navantes operam, præferri aliis merebantur, & acerbè ſuccenſebant Epiſcopo, judici quidem adeptæ, non autem adipiſcendæ peritiæ, per injuriam ſe fuiſſe rejectos.

NUM. X.

Hinc apud benè moratos homines, & juſtitiæ vindices, frequens querelarum occaſio: quibus ſedandis, cùm Congregatio Concilij Tridentini Interpres omne ſtudium, diligentiamque conferret; Nobis qui Secretarij munere fungebamur, mandatum eſt, ut ſermone, typis poſtea vulgato, rem ſedulò expendere, ingruentis mali originem, & apta eidem avertendo remedia inveſtigare pro viribus niteremur. Senſus hac de re noſtros explicantes, vitio potiſsimum laborare comperuimus Praxim examinis ore tenùs habiti, ne ſcriptis conſignati: Electi ſiquidem ad Curam Animarum ab Ordinario collatore, & ad iteratum examen coram alio Judice provocati, jus legitimæ Collationis tueri non poterant certo, ac permanenti teſtimonio jam probatæ idoneitatis; ſed à novi examinis alea, ſubeunda coram Judice appellationis, geſtarum rerum prorſus ignaro, tota res pendere videbatur. Quocirca gravi juſtitiæ detrimento recepta in Foro erat opinio, provocari poſſe ad alium Judicem, nullo exhibito indebitæ rejectionis documento. Quod quidem cum à Sacrorum Canonum cenſura longiùs aberraret, facilè huic corruptelæ occurri poſſe cenſuimus, ſi certa primum, & aptè diſpoſita habendi examinis forma præſcriberetur; ſi quæſtiones examinatis propoſitæ, & conſentaneæ illorum reſponſiones, totaque rei geſtæ ſeries in ſcriptis redigeretur; & ſi Acta demum totius Concurſus ad Judicem Appellationis integra aſportarentur.

Inita à Nobis conſilij ratio, non ſolùm arriſit Congregationi, illam die 16. Novembris 1720. ratam habenti; ſed etiam Pontificij judicij acceſsione roborata fuit à Clemente XI. Eccleſiaſ-

tado à el examen, y havian ſido deſechados en el primer Concurſo, como ignorantes de lo que debieran ſaber, deſpues en el largo tranſcurſo de tiempo, que duraba el Pleyto, ſe aplicaban con induſtria, y cuidado à el eſtudio, merecian ſer preferidos à los demàs, y ſe irritaban con aſpereza contra el Obiſpo, diciendo les havia hecho injuria en expelerlos, (ſiendo aſsi, que la ſuficiencia la havian adquirido, como queda dicho, durante el Pleyto.)

Num. X.

De aqui naciò la continua ocaſion de querellas entre los hombres de buenas coſtumbres, timoratos, y amigos de la juſticia. Y como para cortarlas huvieſſe pueſto todo ſu eſtudio, y cuidado la Congregacion Interprete del Concilio Tridentino, fue mandado à Nos, que exerciamos el empleo de Secretario, procuraſſemos explicar con cuidado eſta coſa en un Eſcrito, (que deſpues ſe diò à la Prenſa) è inveſtigar con todas nueſtras fuerzas el origen de tanto mal, y los remedios aptos à evitarle. Explicando nueſtro dictamen ſobre eſte particular, averiguamos, que la practica guardada de examen por palabras, y no por eſcrito, padecia un grandiſsimo vicio, porque los electos para la Cura de Almas por el Ordinario, que la conferia, llevados à ſegundo examen ante otro Juez, no podian defender el derecho de Colacion con cierto, y permanente teſtimonio de ſu probada idoneidad, ſino es que todo el negocio parecia que dependia de la fortuna del nuevo examen, que ſe havia de executar ante el Juez de apelacion, que del todo eſtaria ignorante de lo acaecido: por lo qual, en grave detrimento de la juſticia, eſtaba recibida la opinion de que ſe pudieſſe llevar à ſegundo Juez, ſin exhibir documento alguno de la indebida excluſion; lo qual, como fueſſe muy diſtante de la diſpoſicion de los Sagrados Canones, diſcurrimos, que facilmente ſe podria remediar eſta corruptela: lo primero, ſi ſe preſcribieſſe una cierta, y diſpueſta forma de cómo ſe havia de hacer el examen: ſi las queſtiones propueſtas en los examinados, y ſus reſpectivas reſpueſtas, con todo lo demàs perteneciente à el negocio, ſe puſieſſe por eſcrito; y finalmente, ſi ſe llevaſſen al Juez de apelacion todos los actos del Concurſo.

El citado nueſtro dictamen no ſolo ſe conformò con la Congregacion,

NUM. X.

ſiaſticæ diſciplinæ vindice, & aſſertore eximio. Utque locorum Ordinarij ea omnia filiali, quo par erat, obſequio, & diligentia exequerentur; ijs datæ ſunt die 10. Januarij 1721. opportunæ Litteræ noſtro calamo exaratæ, ejuſdemque Pontificis ſenſu, & oraculo comprobatæ, quarum tenorem, etſi aliàs prælo commiſſum, & inſertum in Bullario dicti Clementis Prædeceſſoris noſtri, congruè hic duximus referendum.

,, Reverendiſsime Domine uti Frater. Quo Parochiales Ec-
,, cleſiæ dignioribus perſonis gubernandæ traderentur, ſtatuit,
,, ut notum eſt, Sacroſancta Tridentina Synodus ſeſſ. 24. cap.
,, 18. ut vacante Eccleſia Parochiali, indiceretur, & fieret Con-
,, curſus; ac, poſtquam concurrentes ab Epiſcopo, vel ejus Vi-
,, cario Generali, atque ab Examinatoribus Synodalibus ſaltem
,, tribus, examinati, & approbati eſſent, Epiſcopus eum elige-
,, ret, quem ætate, moribus, doctrina, prudentia, aliiſque re-
,, bus ad vacantem Eccleſiam gubernandam neceſſariis, & op-
,, portunis, digniorem cæteris, magiſque idoneum judicaret.
,, Adjecitque ad hanc Concilij Sanctionem validiùs confir-
,, mandam, re, & nomine Sanctiſsimus Pontifex Pius V. quod,
,, ſi unquam Epiſcopus minùs habilem, poſtpoſitis magis ido-
,, neis, elegiſſet, poſſent ij, qui rejecti eſſent, à mala ejuſmo-
,, di electione ad Metropolitanum, vel, ſi ipſe eligens Metro-
,, politanus, aut exemptus foret, ad viciniorem Ordinarium, ut
,, Sedis Apoſtolicę Delegatum, vel aliàs, ac ipſam Sedem Apoſ-
,, tolicam appellare, ac prælectum ad novum examen coram
,, ipſo appellationis Judice, & ejus Examinatoribus, provoca-
,, re; ea tamen cautione, ut appellatio non in ſuſpenſivo, ſed
,, in devolutivo eſſe deberet; quemadmodum in ejus Conſtitu-
,, tione, quæ trigeſima tertia eſt, latiùs cavetur; concludendo,
,, quod, conſtito de prioris eligentis irrationabili judicio, eo-
,, que revocato, Parochialis Eccleſia magis idoneo conferatur.

,, Cum autem neque Concilij Decreto, neque Pontificis
,, Bulla examinis in Concurſu peragendi forma, ſeu methodus
,, ulla

cion, declarandola por buena el dia 16. de Noviembre de 1720. ſino es que tambien fue confirmada por la declaracion Pontificia de Clemente XI. acerrimo obſervador, y defenſor de la Eccleſiaſtica diſciplina. Y para que los Ordinarios de los Lugares las puſieſſen en execucion con el debido cuidado, y diligencia, ſe les dieron el dia 10. de Enero de 1721. las Letras oportunas, eſcritas de nueſtro puño, comprobadas por el dictamen del miſmo Pontifice, cuyo tenor diſcurrimos del caſo inſerir aqui, aunque lo eſtà en el Bulario de dicho Clemente nueſtro Predeceſſor.

Num. X.

,, Reverendiſsimo Señor, y hermano. Para que el gobierno de las
,, Igleſias Parroquiales ſe entregaſſe à las perſonas mas dignas, eſ-
,, tableciò (como ſabemos) el Sacroſanto Concilio de Trento en
,, la Seſsion 24. capitulo 18. que vacando la Igleſia Parroquial,
,, ſe ſeñalaſſe, y hicieſſe Concurſo: y deſpues que los concurrentes
,, fueſſen examinados, y aprobados por el Obiſpo, ò ſu Vicario Gene-
,, ral, ò à lo menos por tres Examinadores Synodales, eligieſſe el miſ-
,, mo Obiſpo al que juzgaſſe mas digno, y idoneo entre todos por ſu
,, edad, coſtumbres, doctrina, prudencia, y otras coſas neceſſarias pa-
,, ra el gobierno de la Igleſia vacante; y el Santiſsimo Pontifice Pio
,, V. para mayor obſervancia de eſta diſpoſicion del Concilio, añadiò,
,, que ſi tal vez el Obiſpo eligieſſe al menos hábil, poſpueſtos los mas
,, benemeritos, pudieſſen eſtos excluſos apelar de la mala eleccion al
,, Metropolitano; y ſi el eligente fueſſe Metropolitano, ò exempto,
,, apelaſſen al Ordinario mas cercano, como Delegado de la Silla Apoſ-
,, tolica, ò à la miſma Silla, y traer à examen ante el miſmo Juez de
,, apelacion, ò ſus Examinadores, al electo; pero con la precaucion de
,, que ſolo ſe admitieſſe la apelacion en el efecto devolutivo, y no en
,, el ſuſpenſivo, ſegun mas latamente ſe expreſſa en dicha Conſtitu-
,, cion, que es la 33. en orden, concluyendo, que conſtando del mal
,, juicio del primer eligente, y revocandole, ſe confiera la Igleſia Par-
,, roquial al mas digno.

,, Y como ni en el Decreto del Concilio, ni en la Bula Pontificia
,, ſe proponga el methodo, ò forma cierta, y peculiar, que ſe ha de ob-
,, ſer-

Num. X.

„ ulla certa, ac peculiaris ſervanda proponatur: difficilè dictu
„ es, quanta examinum, aliorum alibi diverſitas extiterit, at-
„ que hinc occaſio querelarum. Nam alicubi, cum non eadem
„ omnibus quæſtiones, non iidem caſus propoſiti fuiſſent: erant
„ identidem, qui, vel in judicio, vel extra conquererentur, ſi-
„ bi quidem poſtpoſitis difficiliores, prælecto autem faciliores
„ ad ſolvendum quæſtiones obtigiſſe. Alibi verò eadem quidem
„ omnibus quæſtiones propoſitæ fuerunt, ſed neque hæ, ne-
„ que datæ à concurrentibus reſponſiones, ſcripto, ſeu litteris
„ conſignabantur. Cumque poſtmodum, nec rarò contingeret,
„ ut è poſtpoſitis quiſpiam, jure Bullæ ſupradictæ, novum ad
„ examen coram Judice appellationis, ejuſque Examinatoribus,
„ electum provocaret: S. Congregatio uſque ab anno 1603.
„ conſiderans gravamen non alia ratione, quàm novo examine,
„ probari poſſe; provocationem ad novum examen cenſuit ad-
„ mittendam, gravamine necdum probato, & requiſitis tan-
„ tummodò probationibus in ſubſequenti judicio; in quo pro-
„ bato, per novum examen appellantis, gravamine quoad doc-
„ trinam, probanda ſupereſt ejuſdem præ jam electo in reli-
„ quis ad regendam Eccleſiam requiſitis præſtantia, ut de ma-
„ jori alrerutrius ad Parochialis Eccleſiæ gubernium idoneitate,
„ Sententia ferri poſſit; cum non continuò, ſi quis eſt doctior,
„ is etiam aptior, ſeu magis idoneus ad id regimen habeatur,
„ vel etiam habendus ſit. Quam Sacræ Congregationis Senten-
„ tiam Scriptores, & Tribunalia laudarunt. Aliis demum in
„ Diœceſibus laudabilis invaluit conſuetudo, ut eædem omni-
„ bus quæſtiones, iidemque caſus proponantur; ac (ne qua de-
„ tur anſa Cancellario quidquam ſuo marte addendi, mi-
„ nuendi, mutandi) ut ipſimet concurrentes, qui interrogati
„ fuerint, quæque reſponderint, ſua manu perſcribant.

„ Atque Ordinarij, qui morum hunc longè optimum in
„ examinando tenuere, Sacræ deinde Congregationi etiam, at-
„ que etiam conſiderandum reliquerunt, his, qui ſic examinati
„ eſſent,

„ ſervar para practicar el examen en el Concurſo, es dificil de expli- Num. X.
„ car la diverſidad, que en eſto ha havido, y las querellas, que ſe han
„ ocaſionado; porque como no todas las queſtiones, ni los miſmos caſos
„ ſe propuſieſſen à todos, havia algunos, que judicial, y extrajudicial-
„ mente ſe quexaban de que à ellos (que eran los poſpueſtos) les ha-
„ via tocado queſtiones mas dificiles, que al electo: En otras partes
„ proponian à todos unas miſmas queſtiones; pero ni eſtas, ni las reſ-
„ pueſtas, que à ellas daban los examinados, ſe ponian por eſcrito: y
„ haviendo deſpues ſucedido varias veces, que algunos de los poſpueſ-
„ tos, uſando de la Bula citada, traxeſſen al electo à nuevo examen
„ ante el Juez de apelacion, y ſus Examinadores: Conſiderando la
„ Sagrada Congregacion del año de 1603. que el gravamen no ſe po-
„ dia comprobar de otro modo, que con nuevo examen, juzgò por dig-
„ no admitir à èl, aun ſin probar el referido gravamen, requiriendo
„ ſolo eſta prueba en el ſiguiente juicio; en el qual probado por lo per-
„ teneciente à la doctrina con el nuevo examen del apelante, ſe requie-
„ re tambien, que èſte pruebe ſu mayor idoneidad en las demàs coſas
„ pertenecientes al régimen de la Igleſia, en comparacion del primer
„ electo, para que ſe pueda pronunciar la Sentencia, y entregar el
„ gobierno de la Igleſia Parroquial al ſugeto mas benemerito por to-
„ das razones; porque muchas veces ſucede, que aunque alguno ſea
„ mas docto, ſuele haver otro mas à propoſito para dicho gobierno.
„ Cuya Sentencia de la Sagrada Congregacion eſtà baſtantemente
„ aplaudida por los Eſcritores, y Tribunales. Finalmente en otros
„ Obiſpados prevaleciò la loable coſtumbre de que à todos ſe propuſieſ-
„ ſen unas miſmas queſtiones, y caſos, y que los miſmos examinados
„ puſieſſen de ſu mano las reſpueſtas para quitar toda ſoſpecha de que
„ el Cancillèr pudieſſe quitar, añadir, ò mudar coſa alguna.

„ Y los Ordinarios, que obſervaron eſta coſtumbre por mucho tiem-
„ po en la forma de examinar, puſieron deſpues en la conſideracion de
„ la Sagrada Congregacion, ſi apelando eſtos, que eſtuvieſſen exami-
„ nados, y poſpueſtos, como ſuelen, ſe les deberia, ò no conceder la
„ apelacion, y la cita à nuevo examen del electo, ſin que probaſſen en
„ baſ-

Num. X.

,, eſſent, atque poſtpoſiti, in poſterum, ut ſolent, appellanti-
,, bus, indulgenda, necne, ſtatim electi novum ad examen pro-
,, vocatio, nulla gravaminis prærrequiſita probatione, videre-
,, tur; cum iſti ex actis primi examinis gravamen doctrinæ faci-
,, lè alioquin probare poſſent; quod alij, alitèr nimirùm exa-
,, minati, probare, niſi ſecundo, ſeu novo examine, non po-
,, terant. Nec defuere alij probitatis, ac peritiæ in adminiſtran-
,, dis diu Eccleſiis laude præſtantes, qui monerent, frænum ali-
,, quod hujuſmodi appellantium licentiæ tandem injiciendum,
,, eorumque jam nimis crebras novum ad examen provocatio-
,, nes eſſe reprimendas; quippè quæ vix unquam ſine magno
,, Eccleſiarum damno contingunt. Nam cum novum examen
,, coram Judice appellationis longè procul à Parochia peragen-
,, dum ſit; electus ab Epiſcopo, qui provocatur, Parochiam,
,, quam poſſidet, cogitur iter ea temporis deſerere, eamque
,, OEconomo, vel Vicario cuipiam, veluti Sponſam ignotis
,, cuſtodibus, relinquere, Sponſo non parumper, ſed diù ſanè
,, abſuturo: dum nempè, implicità, ut fit, lite, terna etiam, vel
,, quaterna, alia ex aliis, examina, ſuper præſtantia primum
,, doctrinæ, tum deinde aliorum, quæ ad integrandam idonei-
,, tatem opportuna ſunt, contentiosè multiplicentur, & commo-
,, dè, ne dicam otiosè, tranſigantur, antequam deliberari poſſit
,, utri concurrentium Parochia ſit adjudicanda.

,, Ad tollendam ejuſmodi non minùs querelarum, quàm
,, incommodarum occaſionem, Sacra Congregatio Concilij Tri-
,, dentini Interpres, poſtquam rem omnem à capite repetitam
,, in gemina ſeſſione I. Octobris, & 16. Novembris 1720. ſum-
,, mo ſtudio recognovit, tandem, Sanctiſsimo etiam annuente,
,, ſtatuit (quod per præſentes Litteras Encyclicas exequitur) om-
,, nes, & ſingulos Epiſcopos, alioſque Prælatos, penès quos ſit
,, jus, & auctoritas faciendi Concurſum, hortari, ut examen
,, ejuſmodi inſtituere non graventur, quale jam, & multæ Diœ-
,, ceſes, & Urbs ipſa obſervat, atque Apoſtolica etiam Dataria
poſ-

Num. X.

,, baſtante forma el perjuicio; pues podian eſtos probarle facilmente
,, de los actos del primer examen por lo perteneciente à la doctrina, y
,, tal vez los otros nuevamente examinados no podrian provocarle,
,, ſi no es en el ſegundo examen. Y no faltaron ſugetos excelentes, y
,, muy peritos en la adminiſtracion de las Igleſias, que aconſejaron
,, deberſe poner algun freno à los dichos apelantes, y reformar los
,, continuos llamamientos, que ſe hacian à nuevo examen, porque ra-
,, ra, ò ninguna vez ſuceden ſin gran daño en las Igleſias; porque
,, como eſte nuevo examen ſe deba hacer por el Juez de apelacion,
,, muy lexos de la Parroquia, el electo por el Obiſpo, que es llama-
,, do à el examen, ſe halla obligado à deſamparar la Parroquia, que
,, poſſee, y dexarla en el interin à el cuidado de qualquier Economo,
,, ò Vicario; bien como el eſpoſo, que eſtà para auſentarſe, y tal vez
,, por largo tiempo, que dexa ſu eſpoſa entregada à quien no conoce;
,, y ſuele ſuceder, que en el intermedio del Pleyto ſe multipliquen
,, contencioſamente tres, ò quatro examenes, lo primero ſobre la ven-
,, taja de la doctrina, y deſpues de otras coſas, que tambien ſon del
,, caſo para la mayor idoneidad, en quanto à el régimen, antes que ſe
,, pueda deliberar à quál de los concurrentes ſe deba adjudicar la
,, Parroquia.

,, Para quitar toda ocaſion de quejas, è incomodidades, la Sagra-
,, da Congregacion, Interprete del Concilio de Trento, deſpues de haver
,, reconocido con grande cuidado todo el negocio, en dos Seſsiones de
,, 1. de Octubre, y 16. de Noviembre de 1720. reſolviò finalmente, y
,, con el conſentimiento del Santiſsimo Padre, amoneſtar (como por las
,, preſentes Circulares ſe executa) à todos, y qualeſquiera Obiſpos, y
,, otros Prelados, que tuvieſſen derecho, y autoridad de hacer Concur-
,, ſo, que no ſe eſcuſen à practicar ſemejante examen, ſegun ſe obſer-
,, va en muchos Obiſpados, y en la miſma Corte Romana, y ſegun pide
,, la Datarìa Apoſtolica; bien quando en la Sede vacante vaca alguna
,, Igleſia Parroquial, cuya Colacion pertenezca à la Santa Silla: ò quan-
,, do vaca alguna Parroquial, como ſe dice juxta decretum; *ò final-*
,, mente, quando en las Igleſias Colegiales, ò Cathedrales vaca alguna

Dig-

Num. X.

,, poſtulat ; ſive cum Sede vacante vacat Eccleſia aliqua Parochialis, cujus collatio ad Sedem Apoſtolicam pertineat ; ſive cum vacat Parochialis aliqua, ut dicitur , juxta Decretum ; ſive demum , cum vacante in Collegiatis , aut Cathedralibus Eccleſiis Dignitate aliqua majori , anexam habente Curam Animarum , faciendus eſt Concurſus , atque ad Apoſtolicam Datariam tranſmittendus, ut notum eſt, atque in Litteris, quæ de ordine Sanctiſsimi , tunc è Dataria prodeunt, clarè præſcribitur.

,, Vacante itaque Eccleſia Parochiali , quæ conferenda ſit per Concurſum , atque hoc ſolitis formulis indicto , hæc , quæ ſequuntur , ex Sacræ Congregationis Sententia , conſilio , ſuaſione , ſervanda proponuntur.

,, Primum nempè , ut aſsignentur eædem omnibus concurrentibus quæſtiones , iidem caſus , idemque textus Evangelij, ſuper quo ſermonis aliquid perſcribant , ad probandam dicendi pro Concione facultatem.

,, Alterum , ut caſus , & queſtiones reſolvendæ dictentur omnibus eodem tempore, atque omnibus pariter eodem tempore textus Evangelij tradatur.

,, Tertium , ut certum , idemque omnibus ſpatium temporis conſtituatur, intra quod caſus reſolvant, quæſtionibus reſpondeant , conciunculam componant.

,, Quartum , ut eodem concurrentes omnes in conclavi claudantur , unde, quandiu ſcribent, (dabitur enim omnibus ſcribendi copia) nemo eorum egredi , neque alius quiſpiam eo ingredi poſsit , niſi poſtquam ſcripta confecerint , & exhibuerint.

,, Quintum , ut omnes ſua quiſque manu tum reſponſa, tum Sermonem ſcribant , ſubſcribantque.

,, Sextum , ut reſponſa quidem latinè , Sermo autem ea, qua ad populum haberi ſolet lingua ſcribatur.

,, Poſtremum , ut unumquodque reſponſum , & unuſquiſ-

,, que

Num. X.

,, Dignidad mayor, que tenga anexa la Cura de Almas, ſe deberà hacer Concurſo, y remitirla à la Datarìa Apoſtolica , como es notorio, ſegun claramente ſe expreſſa en las Letras , que de orden de ſu Santidad entonces ſalen de la miſma Datarìa.

,, Quando vacaſſe alguna Igleſia Parroquial , que ſe deba conferir por Concurſo , hecho éſte con las formulas preſcriptas ; por dictamen, conſejo, y parſuaſion de la Sagrada Congregacion ; ſe manda obſervar lo ſiguiente.

,, Lo primero , que à todos los concurrentes ſe ſeñalen unas miſmas queſtiones , caſos, y textos del Evangelio , ſobre el qual prediquen , para que prueben ſu idoneidad

,, Lo ſegundo , que los caſos , y queſtiones , que ſe han de reſolver , ſe ſeñalen à todos à un miſmo tiempo , ſucediendo lo miſmo con los textos del Evangelio.

,, Lo tercero, que un miſmo, y cierto eſpacio de tiempo ſe conſtituya , dentro del qual reſuelvan las dificultades , reſpondan à las queſtiones , y compongan el Sermon.

,, Lo quarto, que todos los concurrentes ſe encierren en un miſmo Conclave, de donde , mientras eſcribieren , (dandoles lo neceſſario para ello) ninguno pueda ſalir , ni entrar alli otro qualquiera, haſta que hayan acabado ſus eſcritos , y los hayan exhibido.

,, Lo quinto , que todos eſcriban , y ſubſcriban , ò firmen con ſu miſma mano las reſpueſtas , y el Sermon.

,, Lo ſexto, que las reſpueſtas las eſcriban en Lengua Latina; pero el Sermon en aquella , que es propria del miſmo Pueblo.

,, Lo ultimo , que todas las reſpueſtas , y Sermones , luego que ſe exhiban por los concurrentes , no ſolo ſe firme por el que lo eſcribiò , y por el Cancillèr del Concurſo , ſino tambien por los Examinadores , y por el Ordinario , ò ſu Vicario , que à èl ſe huvieſſen hallado preſentes.

,, Finalizado el Concurſo de eſta forma , y conferida la Igleſia Parroquial à aquel , que fueſſe tenido por mas digno , y benemerito , no ſe admita apelacion , ni de la mala relacion de los Exami-

Lll 2 *na-*

NUM. X.

,, que Sermo cum ab unoquoque concurrentium exhibebitur,
,, non ſolùm ab eo, qui ſcripſerit, atque à Cancellario Concur-
,, ſus, verùm etiam ab Examinatoribus, & ab Ordinario, vel
,, ejus Vicario, qui Concurſui interfuerint, ſubſcribatur.

,, Peracto ſecundùm hanc formulam Concurſu, collataque
,, ei, qui magis idoneus, ac dignior judicatus fuerit, Eccleſia Pa-
,, rochiali, non admittatur appellatio, aut à mala relatione Exa-
,, minatorum, aut ab irrationabili judicio Epiſcopi, niſi intra
,, decem dies à die collationis interponatur.

,, Si quis autem hoc intra ſpatium appellaverit, actaque
,, Concurſus petat ad Judicem appellationis transferenda: mit-
,, tantur, vel acta ipſa originalia Concurſus clauſa, & obſigna-
,, ta, vel certè unum aliquod authenticum eorum exemplum
,, à Cancellario Concurſus, atque altero Notario collatum, &
,, auſcultatum coram Vicario, vel alio in Eccleſiaſtica dignitate
,, conſtituto, quem eligat Ordinarius, ad quem etiam Notarij
,, Cancellario adjungendi electio pertinebit; necnon ab Exa-
,, minatoribus Synodalibus, qui Concurſui interfuerunt,
,, ſubſcriptum.

,, Ex quibus actis, vel authentico eorum exemplo, niſi gra-
,, vamen quoad doctrinam probet ijs, qui ſic, ut præmittitur,
,, examinatus, aut à mala relatione Examinatorum, aut ab irra-
,, tionabili judicio Epiſcopi appellaverit, novum ad examen
,, provocandi facultatem à Sacra Congregatione fruſtra poſtu-
,, labit.

,, Quemadmodum, & in judicio appellationis perſequi jus
,, ſuum fruſtra tentabit is, qui fortè ſe gravatum doleat quoad
,, reliqua, niſi interpoſita maturè, ut dictum eſt, appellatione
,, ab irrationabili judicio Epiſcopi, gravamen quoad illa oſten-
,, derit, vel ex actis primi Concurſus, vel ſaltem ex atteſtatio-
,, nibus, & documentis extrajudicialibus etiam, ſed non levibus.

,, Atque ita quidem ſenſit Sacra Congregatio, & Sanctiſsi-
,, mus aſſenſit.

,, At

Num. X.

,, nadores, ni del irracional juicio del Obiſpo, ſi no es que ſe inter-
,, ponga dentro de diez dias deſpues de el de la Colacion.

,, Y ſi alguno apeláre en eſte intermedio, y pidieſſe ſe remitan los
,, Autos del Concurſo al Juez de apelacion, ſe remitan cerrados, y
,, y ſellados los miſmos Autos originales del Concurſo, ò una copia
,, autentica de ellos, que daràn el Chancillèr del Concurſo, y otro
,, Notario, y ſe comprobaràn ante el Vicario, ò otra perſona de dig-
,, nidad Ecleſiaſtica, que elija el Ordinario, à quien tambien perte-
,, necerà la eleccion de Notario, que ſe ha de acompañar con el Chan-
,, cillèr; cuya confirmacion tambien irà firmada de los Examinadores
,, Synodales, que ſe hallaren en el Concurſo.

,, Por los quales Autos, ò authentica copia, ſi el examinado en la
,, forma referida no prueba gravamen en quanto à la doctrina; ù ape-
,, laſſe de la mala relacion de los Examinadores, ò del irracional juicio
,, del Obiſpo, en vano pedirà à la Sagrada Congregacion facultad de
,, ſer admitido à examen nuevo.

,, Aſsi como no puede uſar de ſu derecho en el Juicio de apela-
,, cion el que alegaſſe eſtàr perjudicado en las demàs coſas, ſi no es,
,, que (interpueſta con reflexion la apelacion, como queda dicho, del
,, mal juicio del Obiſpo) hiciere vèr el dicho gravamen, en quanto à
,, aquellas coſas, ò por los Autos del primer Concurſo, ò à lo menos por
,, depoſiciones de teſtigos, y otros documentos extrajudiciales, pero
,, no leves.

,, Todo lo qual aſsi diſpuſo la Sagrada Congregacion, y à ello
,, aſsintiò nueſtro Santiſsimo Padre.

,, Y ſi finalmente alguno de los Ordinarios diſpuſieſſe inſtituìr el
,, examen de los que concurran, de otro modo del que queda dicho;
,, la miſma Sagrada Congregacion, uſando de ſu coſtumbre antigua,
,, favorecerà à los que apelaſſen, y alegaſſen eſtàr perjudicados, y
,, concederà nuevo examen, ſin que ſe requiera prueba alguna del di-
,, cho perjuicio; pero en el interin, para que no ſe borre la memo-
,, ria de eſtas letras, quiere la miſma Sagrada Congregacion ſe con-
,, ſerven para ſiempre en el Archivo de todos los Ordinarios: cuyo

,, con-

Num. X.

,, At ſi quis tamen Ordinariorum aliter, ac ſupra deſcrip-
,, tum eſt, concurrentium examina inſtituere perrexerit, per-
,, get, & Sacra ipſa Congregatio more priſtino appellantibus,
,, qui ſe gravatos dixerint provocationem ad novum examen,
,, nulla gravaminis prævia probatione, indulgere. Interim ta-
,, men, ne harum litterarum memoria dilabatur, vult eadem
,, Sacra Congregatio eas in uniuſcujuſque Ordinarij Cancella-
,, ria perpetuò conſervari. Cujus interea conſilium, tum vo-
,, luntatem, dum ego omnibus ſignifico, amplitudini tuæ fauſ-
,, ta omnia è Cælo precor. Romæ hac die 10. Januarij 1721.
,, Amplitudinis tuæ uti Frater. P. M. Card. Corradinus Præfec-
,, tus. P. Lambertinus Secretarius.

Quantum rectè diſpenſandis Eccleſiaſticis muneribus, adminiſtrandæ juſtitiæ, componendis diſsidiis, continendiſque in officio Clericis proficeret, ſaluberrima præmiſſarum legum inſtitutio, ſatis ſuperque experientia comperuimus, cum Anconitanam primùm Eccleſiam, ac deinde Bononienſem Sponſam noſtram paterna charitate quominùs amplecteremur; freti ſiquidem dictarum legum præſidio, digniores Parochiis, & Curæ animarum præfecimus: tantaque, benedicente Domino, id accidit animorum conſenſione, ut nemo quæſtus ſit, traditum minùs digno celſioris loci præmium, vel minùs juſtè alteri credita vacantis Eccleſiæ gubernacula.

At quia certis admonemur indiciis, non ita id aliis Epiſcopis contigiſſe; imò non deeſſe, qui privatis abrepti ſtudiis, ſæpè declinare, ac redarguere judicium Epiſcopale præſumant. Nos propterea ſolliciti de implendis, prout decet, muneris noſtri partibus, nonnulla præfatis Litteris addenda, nonnulla verò tacitè, brevitèrque ibidem tradita, clariús explicanda cenſuimus, ut rectè omnia, atque ex ordine peragantur.

Mœrentes igitur audivimus, quod in pleriſque Diœceſibus, & ſi recepta ſit laudabilis, firmitèrque cuſtodienda conſuetudo in ſcriptis redigendi examen concurrentium, nihilominùs

Exa-

Num. X.

,, *conſejo, y voluntad, mientras que yo lo ſignifico à todos, ruego*
,, *al Cielo por los aumentos vueſtros. Roma 10. de Enero de 1721.*
,, *De tu grandeza hermano. P. M. Card. Corradino Prefecto. Proſ-*
,, *pero Lambertini, Secretario.*

De quánta utilidad haya ſido la ſaludable inſtitucion de las citadas Leyes, para diſpenſar los cargos Ecleſiaſticos, adminiſtrar la juſticia, componer las diſcordias, y contener los Clerigos en ſus oficios; hemos experimentado, quando con paterna caridad tuvimos por Eſpoſa, primero la Igleſia de Ancona, y deſpues la de Bononia, pues confiados en la diſpoſicion de las dichas Leyes, antepuſimos los mas dignos à las Parroquias, y Cura de Almas, y logramos el fin con la bendicion del Señor, y con una conformidad de animos tan grande, que no nos queda el menor eſcrupulo de haver dado el premio del mejor lugar al menos digno, ni el gobierno de la vacante Igleſia.

Y porque tenemos ciertos indicios de que no ha ſucedido con tanta felicidad à otros Obiſpos, y que no faltan ſugetos, que llevados de ſus fines particulares, muchas veces redarguyen, y ſienten mal del juicio del Obiſpo: Nos, cuidadoſos de cumplir, como conviene, con nueſtro oficio, juzgamos por conveniente añadir algunas coſas à las dichas Letras, y explicar mas claramente otras, que alli miſmo ſe traen, pero tacita, y brevemente, para que todas las coſas ſe hagan bien, y con orden.

Y con gran ſentimiento ha llegado à nueſtra noticia, que en muchos Obiſpados, aunque eſtè recibida la loable coſtumbre de poner por eſcrito el examen de los concurrentes; no obſtante los votos de los Examinadores ſolo ſe verſan en la pericia de letras, y no ſe hace inquiſicion de la edad de los Clerigos, inſtitucion, gravedad, y honeſtidad de coſtumbres, de ſu prudencia, del empleo que antes hayan exercido, y finalmente, ſi ſean tales, que puedan ayudar à ſus Ovejas con la palabra, y con el exemplo. Lo diſtante que ſea eſta practica de lo que diſpone el Tridentino, lo conocerà el que vea las palabras, que refiere à el capitulo 18. ſeſsion 24. de Reformatione, donde dice aſsi : Finalmente acabado el examen, ſe

ex-